

favore desiderato. In iscritto ne portavano essi l' istanza (1), la quale fu ben tosto presa in considerazione, ed a seconda delle leggi

(1) Era concepita in questi termini, dei quali ci conservò il testo nella sua storia (*luog. cit.*) il Tentori: « In Christi nomine. Die Mercurii quinto Martii Veronae in Contrata sanctae Mariae antequa super salsa palati magnifici domini Canis grandis della Scala infrascripsit praesentibus nobilibus et prudentibus viris Petro de Marana, Joanne de Principibus militibus, magistro Egidio phisico, magistro Bonmartino chirurgo, Andrea Sescaleo, Petro Bono quondam domini Torelli de Clavica notarii, magistro Nicolao doctore grammaticae et Teobaldo quondam magistri Danielis notario familiaribus dicti domini Canis et aliis quam pluribus testibus vocatis et rogatis. — Magnificus et potens dominus Canis grandis della Scala, pro sacro Romano imperio civitatum Veronae, Paduae et Vicentiae vicarius generalis, fecit et constituit nobiles et prudentes viros dominos Petrum de Verme militem, Guielmum de Servideis, et Petrum de Sacco juris peritos cives Veronae et quemlibet eorum in solidum absentes, tamquam praesentes suos procuratores et Nunzios. Specialiter ad acceptandum et se cum debita reverentia praestandum corum illustri et magnifico domino Francisco Dandolo duce Venetiarum, Dalmatiae atque Croatiae, domino Quartae partis et dimidiae totius imperii Romaniae, et nobilibus et prudentibus viris dominis Consiliariis et Consilio et Communi Venetiarum et ad supplicandum praefatis dominis Duci, Consiliariis, Consilio, et Communi Venetiarum: Ut eis placeat recipere praedictum dominum Canem, filios et haeredes, ut sint eorumdem Cives et admittantur et promoveri valeant ad omnes dignitates, privilegia, honores et commoda, ad quae de jure vel approvata consuetudine ceteri et honorati cives Venetiarum admittuntur sive et promoyentur; et per ipsum dominum Ducem et Consiliarios, Consilium et Communem civitatis Venetiarum tamquam eorum cives honorabiles pertractentur. Et ad recipiendum investituram nomine et vice dicti domini Canis et heredum de predicta cittadinantia se u omni jure quo alii cives civitatis Venetiarum habere noscuntur et ad praestandum, faciendum et recipiendum conventiones, promissiones et juramenta generis cujuscumque, ac et obligationes reales et personales, quas ceteri veneti cives faciunt et recipiunt secundum eorum consuetudines approbatas et de cetero omnia negocia, quae in praedictus dominus Canis in civitate Venetiarum posset habere et gerere, si personaliter interesset occasione Cittadiniae supradictae et ad omnia alia, quae in praedictis et circa praedicta, praedictis procuratoribus et eorum cuiilibet necessaria seu utilia videbuntur. Dans et cedens dictis suis Procuratoribus et cuiilibet eorum liberum et generale mandatum et generalem administrationem et potentiam in omnibus et singulis supradictis. Promittens et mihi notario infra scripto stipulanti vice et nomine praefatis dominis Ducis, Consiliariorum, Consilii et Communis Venetiarum et omnium aliorum, quorum interest vel interesse potest, firmum, ratum, et gratum habere et tenere ac etiam inviolabiliter observare quicquid per dictos procuratores vel eorum alterius dictum vel factum fuerit seu quomodolibet pertractatum sub bonorum suorum hippoteca. Anno